

## Tracta.

Qui iniuria  
fratri freneti  
co cōparatur

Utilitas & vir  
- atientie.

Triplex dam  
num in patiē  
tia.

one nostra cōspicimus quod peius est qđ  
meremur. Isidorus: Quidqđ tibi cōtin-  
git aduersum: pro tuo peccato crede eue-  
nire. Consideratione ergo iustitie dolorez  
tempera: & leuius portabis si pro quibus  
insertur intēderis. **C**Sexta consideratio  
est status persecutoris siue iniuriatis qui  
est quasi insanus vel freneticus in seipm  
manū inīciens: in corsuꝫ primo gladiū  
mittens. Fratri autē insano vel frenetico  
debetur compassio non odiū vel indigna-  
tio. **H**anc cōsiderationē innuit. glo. Be-  
de super illud: Luce. vi. Benedicte ma-  
ledicentibus vobis: dices: **M**edicus ani-  
marum quos ad curandum proximos in-  
struit: omnia que ad salutē proximorū va-  
lere possunt tollerare precipit vt tanqđ a  
filiis egrotantibus & freneticis si salus il-  
lorum exigat multa patientur donec infir-  
mitas trāseat. **C**Septima cōsideratio est  
magnitudinis premij patientie. Isido. de  
summo bono: Qui vite future premia di-  
ligenter cogitat mala om̄ia presentis vite  
equanimititer portat: quia ex illius dulce-  
dine huius amaritudinez: & ex eternitate  
illius beatitudē huius despicit transitoria  
Richar. sup apoc. Quicqđ malū igruit pa-  
tienter sustine. Tolerantia nangz transi-  
toria ē corona eterna: pugna modica: mer-  
ces magna: pena leuis: gloria in estimabi-  
lis. Hierony. Libens vō tormenta patiar  
vt futura mihi gloria seruet. **C**Lirca se-  
cundū notandū qđ virtus patientie valet  
ad m̄ta. **C**Primo patientia facit plurimū  
ad ornatū & perfectionē seruoz dei Unde  
sup illud iob. iiiij. Perfectio viarū tuarū  
dicit glo. De patientia pfectio nascit: Ja-  
co. j. Patientia opus perfectū habet. Ber-  
nar. sup psal. Qui habitat. Nullus pfect<sup>2</sup>  
est qui inter proximoz mala patientis non  
est. Item prouer. xix. Doctrina viri p pa-  
tientiam noscit. glo. Tanto quisqđ minus  
ostendit doctus quanto minus patiēs in-  
uenitur. **C**Secundo tolerabilia reddit  
presentis vite incomoda: quia aduersitas  
cū impatiētia tripler insert īcomodū. Ex  
trinsecus enī homo affligitur: & intrinse-  
cus per impatiētia amaricatur. Et insup  
cōscientia rodit mentem pro culpe rearu.  
Prouer. xix. Qui impatiēs est sustinet dā  
num. Augusti. in libro de dono patientie

xxvij.

lij

Impatiētes dum pati nolūt non efficiūt  
vt a malis eruant: s̄z vt mala grauia patiā  
tur. Patiens autē qui mala malunt nō cō  
mittendo ferre qđ nō ferendo cōmittere &  
leuiora faciūt que p patientiā patiunt: et  
peiora evadūt que p impatientiam mere-  
rent. **C**Tertio patientia facit ad refectio  
nem mentis: Sicut enī corpus pascit con-  
uiuio ita mens dapiꝫ virtutū. Prouer. v  
Secure mens quasi iuge cōuiuū. glo. sup  
illud luce. xxj. In patientia v̄ia possidebi-  
tis animas v̄ias dicit: Patientia est custos  
& radix oiuꝫ virtutū. **C**Quarto facit ad  
edificationē p̄imorū. Est enī patientia ve-  
lut rosa bene redolēs. Unde gregor. in mo-  
ralib⁹. Sicut aromata odorē suū cum in-  
cendunt expandunt itayiri sancti om̄e qđ  
de virtuti bus redolet in tribulationb⁹ in  
notescūt. **C**Quinto patientia iram dei et  
proximi mitigat. Prouer. xxix. Patientia  
linietur princeps. Bernardus: vapulem  
sane & male operās. Si mihi flagella im-  
rita computenf forsitan miserebis flagel-  
lato: qui in me nō iuenit meritū quod re-  
moneret. Prouer. xv. Vir iracundus pro-  
uocat rixas: qui patiēs est mitigat suscita-  
tas. **C**Sexto patientia facit hominē glorio  
se triumphare de hoste. Nō quidem ictu  
aut percussione vincit sed animi magnitu-  
dine Poeta Maximus virtutū patientia pu-  
gnat inermis. Armatosqđ solet vincere se  
pe viros. Crisostomus super epistolaz ad  
hebreos: Nihil ita cōfusionē facit ingerē  
ti mala sicut fortis tolerātia patientis. Un-  
de beatus vincētius dicebat ad dacianū:  
Videbis me plus posse dum torqueor qđ  
possis ipse qui torqueas. Prouerbioz. xv.  
Mēlio: est patiēs viro fortis: & qui dñatur  
animo suo expugnatore v̄biū. v̄bi glo. qđ  
est gregorij in pastorali assignans rationē  
dicit: **M**inor est victoria v̄biū quia ex-  
tra sunt que vincuntur siue subiungantur:  
valde autem maius est quod per patientiā  
vincitur quia ipse a se animus superatnr  
et semetipsum sibimet subiicit quādo euꝫ  
patientia intra se frenare compellit. **H**oc  
qđ vincendi genus tāto nobilius quā-  
torarius est. Seneca in li. de naturalibus  
qđstionibus: Innumerabiles sunt q̄ popu-  
los q̄ v̄bes habuerūt in potestate: paucis-  
imi q̄ se. **H**inc sancti maxime gloriani vi-  
e iiiij